

sensibilibus, aliquid participari aut sumi videtur ex naturali Philosophia, & ideo in illo etiam ve-
 tum habet, quò Philosophia parat viam, & ad-
 iuuat ad illum de monstrandi modum: propriū
 tamen medium illius demonstrationis re vera est
 Metaphysicum; nimirum vnitatis finis, & mutæ
 connexionis seu subordinationis quæ reperitur
 in rebus omnibus in rerum natura existentibus.
 Hæc enim ratio abstractissima est, & vniuersalis
 sima, & ideo per se pertinet ad Metaphysicam,
 quantum ad applicandam illam ad res singulas
 ministerio Philosophiæ sæpe vtatur.

*Reuocatur secunda sententia superiori
 sectione relata.*

XXXI.

Vltimò ex dictis omnibus quasi euentissima
 quædam experientia constare potest quæ
 fit à veritate aliena sententia suprà relata, quæ af-
 ferebat ita esse per se notum Deum esse, vt ea ra-
 tione demonstrari non possit. Constat enim ex di-
 ctis, magna consideratione, & speculatione opus
 esse ad veritatem hanc efficaciter persuadendam:
 quò ergo existimari potest hæc veritas per se no-
 ta? Sapienter igitur D. Th. 1. p. q. 1. ar. 1. supposita
 distinctione quæ in 1. Post. traditur, & late ex-
 ponitur, de propositione per se nota, aut in se in-
 ta, aut in se quoad nos, affirmat, Deum esse, in se esse
 per se notum, quia esse per se, & sine medio
 conuenit Deo, estq; de primario conceptu, & tõe
 ne Dei. Negat verò esse per se notum nobis, quia
 neque essentiam illius entis prout in se est, concipi-
 mus, neq; ex ipsis terminis est nobis euidens in
 ordine effectuum & causarum sistendū esse
 in aliquo ente increato, minusq; per se notum est
 huiusmodi ens non posse esse nisi vnum. Vnde
 multi gentiles de hac veritate dubitarunt, aut etiã
 eam negarunt, & vsque in hodiernū diem mul-
 ti, non solum gentiles, sed etiam hæretici post au-
 ditam vocem Euangelij, eadem insipientia labo-
 rant, & Athei sunt, & nonnulli etiam fideles, &
 docti, negant eam veritatem esse euidens, hæc
 autē in rebus nobis per se notis non contingunt.

D. Thom. Durand.

Et in hac sententia, præter Heruzum, Capreol-
 um, & alios Thomistas, concordant cum D. Th.
 in 1. d. 3. Durand. q. 3. Richard. q. 2.

XXXIII.

Alii verò licet posteriorē illius sententiæ par-
 tē amplectantur, quod nobis satis est, negant tñ
 priorem, quia non admittunt distinctionem illā,
 nec propositionem aliquam esse per se notam in
 se, quæ non sit per se nota nobis, vt Scotus in 1. d.
 2. q. 2. Ocham dist. 3. q. 3. Gabr. q. 4. Henric. in
 sum ar. 22. q. 2. Verumtamen immeritò dicti au-
 tores laborarunt in re dialectica, de qua vix po-
 test esse in re controversia. Nam quis dubitet esse
 quædam veritates in se immediatas, quas nos
 nisi per aliquod medium intelligere non valemus:
 Certe, quantumtate v.g. esse entitatem acci-
 dentalem si verum est, sine villo medio inter præ-
 dicatum & subiectum verum est, & tñ à nobis
 non cognoscitur nisi per media & valde exim-
 seca: Cum ergo propositio per se nota & imme-
 diata idem sint, dubitari non potest quin multa sint
 per se nota in se, quæ non sunt per se nota nobis.
 Quod si Scotus & alij dicant se non loqui de re-
 bus, sed de propositionibus, quæ intrinsecè dicunt
 ordinem ad conceptus nostros, qui non possunt
 distingui sibi se, & quoad nos, respondemus la-

Scotus. Ocham. Gabriel. Henric.

A borate in æquiuocum, quia tñ tractamus de signis
 ipsis, sed de re significata, nec de conceptib. forma-
 libus, sed de obiectibus, & in hos optimè cadit da-
 ta distinctio. Nā sepe res illæ quæ obiciuntur cõ-
 ceptib. nostris, in mediā, atq; adeo per se notā
 connexionem habent, quibus vt obiciuntur nostris
 conceptib. formalibus, & ab eis determinantur,
 non statim fit nota nobis eorum conexio. Est er-
 go optima illa distinctio, & ad rem præsentem
 cõuenientissimè applicata, vt satis declaratū est.
 Ad diderim tamen, quantum in rigore non fit
 notum nobis Deum esse tanquam omnino eu-
 idens, esse tñ veritatem hanc adeo confensam
 naturali lumini, & omnium hominum consen-
 sioni, vt vix possit ab aliquo ignorari. Vnde Aug.
 tractatū 106. in Ioan. tractans verba illa: [Manife-
 stauit nomen tuum hominibus,] inquit: [Non il-
 lud nomen tuū quò vocaris Deus, sed illud, quò
 vocaris Pater meus. Nam quò Deus dicitur, vni-
 uerse creature, & omnibus gentibus, antequam
 in Christum crederent, non enim modo esse po-
 uit hoc nomen ignoratum.] Hæc autem notitia
 Dei dupliciter potest intelligi, vno modo sub ali-
 qua ratione confusa, & cõi, vt hoc ratione cuius-
 dam superioris numinis, quod possit nos adiuua-
 re aut beatos efficere, vel aliquid simile, quò con-
 ceptus licet in verum Deum contentus, potest tñ
 etiam falsis diis applicari, & hoc fortasse modo
 dixit Cicer. lib. 1. de Nat. Deorum. [Nullam esse
 gentem quæ non habeat aliquam prænotionem
 quòd Deus sit.] Alio modo id potest intelligi de
 cognitione veri Dei per conceptum supremi en-
 tis, quò maior esse non potest, quod videtur fit prin-
 cipium ceterorū, & hoc modo videtur loqui Au-
 gustinus citato loco. Vnde subiungit, [Hæc est. n-
 vis veræ diuinitatis, vt creaturæ rationales iam ra-
 tione vtenti nō omnino aut penitus possit abscer-
 di: exceptis. n. paucis in quibus natura nimis de-
 prauiata est, vniuersum genus humanum, Dent
 mundi huius factur auctorem.] Et eodem sensu
 dixerunt Tertull. in Apolog. ca. 17. & Cyp. de
 idololatriæ vanit. [Summa dicitur esse nolie eum
 agnoscere quem ignorare non possis:] & in
 eodem dixerunt alij, quos supra citauij, hominibus
 esse naturaliter in istam cognitionem veri Dei.

11111111

XXXIIII.

Cicer.

11111111

Tertull. Cyprian.

XXXV.

Hæc autē cognitio nec in omnibus prouenit
 ex demonstratione, quia nō omnes sunt capaces
 eius, neq; ex sola terminorum euidencia: nam li-
 cet demus nomine Dei significari ens p. necessi-
 tariū, quò maior cognari non possit, vt vult An-
 selmus, sumptis; ex Augustino lib. 1. de doctr.
 Christian. c. 7. tñ non statim fit euidens an signi-
 ficatum illius vocis fit vera aliqua res, vel solum
 sit aliquid confictum, vel excogitatum à nobis. Du-
 plici ergo ex capite oriri potuit hæc notitia: primo
 ex inaxima proportione quam hæc veritas habet
 cum natura hominis; proposita. n. hæc veritate,
 & explicatis terminis, quantum non statim appa-
 reat omnino euidens, statim tñ apparet per se cõ-
 sentanea rationi, & facillimè persuadetur homi-
 ni non oino præuè affecto. Quia nihil apparet in
 ea veritate quod repugnet, aut difficultem creditu-
 cõ reddat: & e cõtrario multa sunt quæ statim in
 eliant ad assentiendū illi veritati: multa (inqua)
 non solum Metaphysica, vel Phisica, sed et n. ora-
 lia, nec solum externa, sed etiam interna. Nam si
 hō in se ipsium reflectatur, cognoscat se non esse
 à se,